BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 40r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



adde aque rosarum damascenarum ℥ iiii / et
hunc ponas per xxviii medi. Et est dosis
huius syrupi ℥ ii cum aqua frigida etc. ¶
Julep bonum quo unusquisque in temporibus fri-
gidis / aut in frigidis complexionibus uti potest
Cuius hec est assignatio. Recipe bethonice scabio-
se camedreos citoree calamenti maiorane
ana m. i. corticum citri et grana eius mundata
℥ i. zedoarie been albi et rubei calami
aromatici sticados ana ℥ ii. herbe et species
contuse in aqua ponantur que sit ℔ vi. et
dimittatur sic duobus diebus / deinde omnia
simul cum ipsa aqua ponantur in allembico
et distilletur et postea ad omnem libram
illius aque distribute ponantur ℥ vi. zuccari
albi et ℥ i. aceti fortissimi Et fiat Julep.
et aromatisetur cum puluere gariofilorum ma-
cis cardamomi et croci ligati in pecia / et
sepe in decoctione confricetur / et est etiam uti-
le in febre pestilenciali lente caliditatis ¶
Nota hic quod cum aer pestilencialis est humi-
dus talem modum humiditatis destruit ca-
lefactio Si cum in febre pestilenciali vera / non
est magna distemperantia in gradu caloris
non indigemus vehemencia infrigidationis
et extinctionis ut in causone Sed materia
mala potius indicat euacuacionem quam alteracione

Julep in tempore frigido.